



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 62. Festivitas in hujus victoriæ memoriam instituta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

§. LXII.

Sæcul. XVI.

A.C. 1571.

*Festivitas in hujus victoriæ memoriam  
instituta.*

**H**ujus victoriæ Nuntii dum Romam Bull. t. 2.  
Ciacon. l. c. venere, Pontifex mox peractis so-  
lemnibus gratiis non modo publicas pre- Alain de la  
Roche tra-  
té du Ro-  
saire.  
ces in gratitudinis signum decreverat,  
sed etiam in perpetuam beneficii Divini  
memoriam mandavit, ut *deinceps septi-  
ma Octobris die ad honorem Dei, ejus-  
que Sanctissimæ Genitricis Mariæ, cu-  
jus potissimum auxilio tantam victoriam  
esse partam profitebatur, commemoratio  
Sanctæ Mariæ de Victoria pie coleretur,*  
ubi edito diplomate præcepit, ut hæc  
festivitas sub Beatæ Mariæ de Victoria  
nomine quotannis in qualibet Ecclesia  
celebraretur, atque in Litaniis ejus-  
dem Virginis hæc verba: *auxilium Chri-  
stianorum, ora pro nobis infererentur,*  
necnon altera die octava ejusdem Men-  
sis Officium divinum perageretur pro  
omnibus illis, qui in hoc prælio defun-  
cti essent. Porro eadem hæc festivi-  
tas hodiecum adhuc prædicta die in  
pluribus Ecclesiis celebratur.

Veneti etiam, postquam cum in-  
gentibus lætitiae signis Deo pariter pro-  
tam insigni victoria solemnies repende-  
rant grates, carceres aperiebant, at-  
que omnes vincitos et si graviorum crimi-

Qq 5 num

Sæcul. XVI  
A.C. 1571.

num reos dimittebant, omnibusque suis subditis prohibebant, ne pullis vestibus uterentur, aut ob parentes, vel amicos suos forte defunctos ullum exteriū tristitiae signum deferrent. Insuper etiam mandarunt, ut quolibet anno in die sanctæ Justinæ facro, quo hæc victoria fuerat reportata, a servibus operibus cessaretur, ac singulis annis Senatus ad Ecclesiam huic Divæ nuncupatam solemni supplicatione instituta procederet: præterea monete pariter cudebantur, quibus sanctæ Justinæ imago erat impressa.

§. LXIII.

*Marcus Antonius Columna Romæ exceptus.*

*Thuan. l. 50.  
pag. 752.  
Spond ad  
hunc ann.  
num. 23.* Cum nuntiatum esset, quod Marcus Antonius Columna, cuius fortitudini potissimum hujus victoriarum de Turcis reportatae gloria in acceptis referenda erat, ingressum suum ad Romanam urbem pararet, summus Pontifex convocato Patrum Senatu deliberabat, qua ratione is excipiendus esset, & utrum ei triumphatorum honores deferrentur: verum placuit, eum honorem Joanni Austriaco esse reservandum, populo tamen Romano a summo Pontifice permisum, ut in gratiam Columnæ nobilissimi civis, & optime de Republica Chri-